



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

33. In festo S. Ioannis Euang. Christus Petrum vult se sequi, & Ioannem manere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

S IN
-rostro
e contr
llos alia
matur,
s, aliaq
t, quia
r, sapen
onis, lab
in literis
is, & di

FESTA TOTIVS ANNI. 279

Sp̄itus sancti omnibus spiritualibus præ-
sidus, propter ingratitudinem destituatur.

IN FESTO S. IOANNIS 27. D^o
APOSTOLI ET EVAN-
GELISTÆ.

Christus Petrum vult se sequi, &
Ioannem manere. Ioan. 21.

Dixit Iesus Petro, sequere me. Petrum
autem secutus est & discipulus, quem
diligebat Iesus, qui & recubuit in cana su-
per perfectus eius. Considera Christum simul-
atque Petrum summum suæ Ecclesiæ Pa-
storem præfecisset, ab eo exigere, ut etiam
in anima pro ouibus ponenda se sequatur
qui & paratum se ostendit, mox Christum
discendentem è loco secutus: ut discant, qui
ad prælaturas & regimen aliorum vocatur
non ad quietem & honores, sed ad labores
& passionem se vocari. 2. Considera, Ioan-
nem si non re ipsa quoad morte, saltem vo-
luntate & opere citra mortem secutum
Petrū & Christum: nam in actis Apostolo-
rū incarceratus & flagellatus est, Rom. et-
iam à Domitiano in feruentis olei dolium
infectus, calicem veneno infectum ebi-
bit, in Pathmo exulauit, cum matre Dei
metu

210 MEDITATIONES IN

metu mortis posito, sub cruce Christi fit
tit, Christus matrem ei sub cruce comu-
dauit. Denique carissimus Christo fuit o-
castitatem & caritatē, quam vnam omni-
bus usque ad mortem commendauit, d-
eens. Filioli, diligite inuicem, & sufficit.

2.

Cum vidisset Petrus Ioannem sequentem
dicit I E S V. Domine, hic autem quid? En-

Luc.10. spordit. Sic eum volo manere, donec venia-
Lu c.9. quid ad te? tu me sequere. Considera,

Christum curiositatis vitium, ut alias
Martha, Ioanne & Iacobo, reprehenderet
in S. Petro, quod plus aequo sollicitus sit
obitu S. Ioannis; id enim pendebat ex iu-
dicio solo diuino, nempe in hanclingu
intemperantiam lapsus, quod plus aequo
amaret S. Ioannem, optaretque eum seu
passionis socium. Vnde disce, si curiositati
vitio deliquerit in hoc genere, is qui iam
erat summus Pontifex constitutus, & co-
ipso curā suscepserat S. Ioannis velut ouis,
quantum delinquant illi, qui aliorum ce-
ram non gerunt. 2. considera modestiam
S. Ioannis, nihil de suae vitæ exitu solici-
nihil ex Domino percuntantis, quia in so-
la Christi prouidentia & volūtate acqui-

pla.72. scebat, ac cum Davide dicebat. In mariib.
C 30. tuis sortes mea, ut iumentū factus sum apud

FES
te, & ego
hominu
re liberu
amplect
dicendo
Exi
rum, &
tur, sed j
militate
fione Ch
uerteret
illam co
pto, dum
verbis Cl
ferretur
one fore
qui mor
Christus
de exitu
elici sen
non esse
2. vt sup
ret, & sc
lio Sp

FESTA TOTIVS ANNI. 221

te, & ego semper tecum. Ut discas neglectis
hominum persuasionibus, animum serua-
re liberum & æquabilem, & libenter illud
amplectare, quod Domino visum fuerit, Mat. 6.
dicendo. Fiat voluntas tua.

Exiit sermo, discipulum illum non moritu-
rum, & tamen non dixit I E S U S , non morie-
tur, sed sic volo eum manere. Considera hu-
militatem S. Ioannis , qui cum ex respon-
sione Christi natam illam opinionem ad-
ueteret se non moriturum, non dubitauit
illam confutare in ipso Euangeliō à se scri-
pto, dum quasi negat illam sententiam,
verbis Christi subiectam, ne vana gloria ef-
ferretur: cogitans se non meliore conditi-
one fore quam Christum, & B. Virginem,
qui mortui fuissent . 2. Considera, quare
Christus ambigue locutus fuerit , ut certa
de exitu S. Ioannis non potuerit ex verbis
elicitentia, nempe ut doceret nostrum
non esse curiosè scrutari, & scière futura .
2. vt superbiam humani ingenii supprime-
ret, & scirent homines sine singulari auxi-
lio Spiritus sancti non posse se intel-
ligere sacrarum scriptu-
ratum mysteria .

3.

I N